Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 47

, 83.

1.
f. 12.

Cod. XLVII.

Chartac. Fol. Saec. 15.

Bern. Gordonij Scripta medica.

2a–121b
133a–159b

Bernardi Gordonii scripta medica, aliquidem

1. Tractatus de prognosticis, crisi et criticis diebus, hoc titulo: "Incipit tractatus super librum "prognosticorum et super librum de crisi et criticis diebus brevis et utilis. Editus a Magistro "Bernardo de Gordonio in preclaro studio montis "pessulani". Initium: Benedictus domina oblivionum "est". Divisus est in quinque partes.

2. Tractatus de regimine acutorum. Incipit: "Regimen acutorum consistit in tribus". Est idem Tractatus, qui de victus ratione et pharmacorum usu in morbis acutis ab aliis nominatur.


3. Tabula de ingeniis curandi morbos. Incip. "Ingenia curandi morbos, quantum est de prudenti, "sunt X". Probabiliter idem tractatus cum eo, qui alius de Indicationibus curandorum morborum audit.

4. Doctrina de gradibus. Incip. Doctrinam de "gradibus intendimus triplicem ordinare, quarum "prima erit tractabilis cum amaritudine intellectus. "secunda erit magne consolationis in qua intellectus "delectabitur. Tertia erit magne utilitatis in qua "saciabitur intellectus." Agit de medicinis simplicibus. Hanc doctrinam inter opera Gordonii edita nusquam reperi.

5. Liber de Urinis. Incip. "Dilexi veritatis scientiam investigare". In fine legitur: "Explicit secunda

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 47

, 84.



" pars quæ est de Urinis"h. Sed quæ est prima pars? an doctrina de gradibus? Immediate additur
6. De pulsibus nach inscriptione: " Sequitur pars 2a.
" pia quæ est de pulsibus et est capitulum uni-
" cum et singulare a Magistro Bernardo de Gordo-
" nio edita". Incipit: "Pulsus est nuncius qui non
" mentitur".

133 7. Liber de Phlebotomia. Incipit: "Homo enim est
" princeps et rex omnium animalium". Etiam
hujus libri nullus Scriptorum meminit.

Joan. Damas. ceni Aphoris. mi.

Joannis Damasceni opera t. I. 122a–126a

2.

Post librum Gordonii de pulsibus, codici nostro
inserti sunt Aphorismi Joannis Damasceni, quod
ea subscripto patet, ubi legitur: " Explicium Apho-
" rismi Joannis Damasceni". Initium est: " Liberet
" te Deus fili amantissime a devio erroris!

Bernardus Gordonius, natione gallus, Medicus et
Professor Montispellanus suo tempore celeberri-
mus obiit circa ān. 1905. Elaborando famosissi-
mo suo operi Lilium medicinæ studium 20 ānō-
rum impendit. Prodicta opera ex eodem lilio
repetita esse, dicit Fabric. Bibl. med. et inf.
lat. T. I. p. 291. vid. etiam Merklin. Linden. renov.
p. 128.

Joannes Damascenus, monachus Benedictinus, filius
Mesue, floruit ad 1155. vel 1138. Merklin.
Lind. renov. p. 363. græce an arabice scripserit, du-
bitatur.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 47

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=1741

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)